

Dif-  
feren-  
tia,

	Sexag.				D I E S	anni	mē	di.	scr	di- erum
	3 <sup>æ</sup>	2 <sup>æ</sup>	1 <sup>æ</sup>	di.						
Alex. magni & æræ arabum	1	34	38	20	340700	932	9	13	0	
Alex. mag. & æræ persarum	1	35	38	44	344324	942	9	15	30	
ærae Cæsi. Mincarnat.	0	3	51	20	13880	38	0	0	30	
ærae Cæsi. & æræ arabum	1	6	54	55	240895	659	6	14	15	
ærae Cæsi. & æræ Persarum	1	7	55	19	244519	669	5	15	45	
Domini nostri Christi & dioclet.	0	28	46	46	103606	283	7	28	15	
incarnat. & æræ arabum	1	3	3	35	227015	621	6	13	45	
incar. Iesu Christi & æræ persarum	1	4	3	59	230639	631	5	15	15	
Diocletiani & æræ arabum	0	34	16	49	123409	337	10	15	45	
Diocletiani & æræ persarum.	0	35	17	13	127033	247	9	18	15	

Θεωρῶν τῶν δόξων.

FINIS OPERIS TABULARUM Prutenicarum.

M. MICHAEL MÆSTLIN  
Gœppingensis Logistæ S.

QVam facile in Mathematica scripta, signa & characteres, præsertim autem in numeros, errores subrepant, nemo est, si modò Matheseos prima elemēta degustavit, qui dubitet. Etsi enim in scribendis & excudendis numeris omnem impendas operam, uix tamen, ne ulla menda sese ingerat, uitabis. Si ergo in illis, ut & in alijs, error casu admissus ueniam impetrat, puto Logistam has Tabulas Prutenicas, si quandoq; quædam Typographum fefellerunt, non explosurum, siquidem illa non negligentia uel oscitantia, sed partim festinatione, partim exemplaris, quod typis describeretur, emendationis defectu, contigerunt. Attamen ut & hoc loco matheseos studiosis, atq; reip. literariæ succurratur, ego (licet alij sint, quibus iure loco cedendum fuisset) operi huic extremam manum addere non dubitavi, hoc quidem tempore difficilimo, quo sæuissima pestis lues in hac urbe grassando plurimos ciues absumpserat, indiesq; adhuc absumit, atq; Academiam hanc clarissimam Vrbe in exilium profugarat. Errata ergo quæ passim latebant, diligenti calculo, accurata supputatione, magnoq; labore, quantum quidem per hæc tempora licuit, prius, quam cum Academia in exilium abirem, conquisiui, & Typographo ut in finem operis reijciat tradidi, ne modo tabulæ hæ, quæ omnibus quas Europa uidit, perfectione præstant, mendose in publicum exirent. Illa si prudens Logista correxerit, tabulas habebit multò quam ante hæc editas emendatiores, nec erit, quod in calculo motuum uitioso exemplari, sibi imponi metuat.